mixta veris ferens: caedem promiscuam militum atque oppidanorum factam, nec quicquam puberum arbitrari superesse; direptam urbem, bona locupletium donata. ad nuntium tam atrocem 5
constitit agmen, concitatisque omnibus duces — erant autem Sosis ac Dinomenes — quid agerent consultabant. terroris spe- 6
ciem haud vanam mendacio praebuerant verberati ac securi percussi transfugae ad duo milia hominum; ceterum Leontinorum 7

— *itaque* etc. n. *dicentes*, was aus *abnuentis* (s. c. 5, 5) zu entnehmen ist. *ita*, unter der Bedingung. — *pax*, was vorher *foedus*, s. c. 1, 13; der Ausdruck ist verkürzt: wie es nach dem Friedensvertrag, über den man sich geeinigt, geschehen müsse.

30. 1—3. *altera p.*, c. 14, 1. — *ab ira*, s. 3, 15, 7; 26, 1, 3: *non ab ira tantum* u. a. — *inter cond.*, während der Verhandlungen u. s. w. — *Herbes.*, zwischen Leontini und Syracus; die kleine Festung scheint zu Syracus in demselben Verhältnisse gestanden zu haben, wie Leontini, und wie dieses jetzt abgefallen zu sein. — *agmine*, s. 1, 6, 2; 23, 17, 9; 22, 30, 1: *agmine incedentes*. Es ist das den Römern, c. 29, 12: *neque se futuros*, versprochene Hülfscorps. — *Mylan*, ein kleiner Fluss, in dessen Nähe Herbesus lag; ungewiss, ob der Marcellino oder Fiume di S. Iuliano.

4—5. *cetera*, was sie sonst noch meldeten, war u. s. w. — *falsa m. v.*, vgl. 21, 56, 6. — *quicquam* stärker als *quemquam*, s. c. 31, 8; 38, 7. — *donata*, verschenkt, n. an die Soldaten. — *ad nunt.*: auf — hin, s. c. 14, 9; 31, 4; 26, 15, 7; zu 1, 7, 7. — *concitat.*, aufgeregt, c. 32, 6; 2, 55, 7: *concitati homines;* ib. 56, 14 u. a.

6—7. *terroris* etc.: obgleich es nur eine Lüge war, so gab ihr doch der Umstand dass — den Schein einer Schrecken erregenden Sache, bewirkte dass es schien, als ob eine solche gemeldet würde; über den metonymischen Gebrauch von *terror* s. 4, 21, 5: *terrores ac prodigia;* 6, 2, 4: *cum tanti — terrores circumstarent;* vgl. 22, 39, 19. — *verberati* etc., vgl. c. 20, 6. — *ceterum:* abgesehen davon, von dem, was eben eingeräumt ist; dann wird widerlegt was sie übertreibend hinzugefügt haben, § 4 *falsa mixta* etc. *violat. f.*, s. 30, 38, 6; 25, 10, 7; Z. § 495. *Leontin.*, der Bürger von Leontini und der übrigen Soldaten

militumque aliorum nemo post captam urbem violatus fuerat,
suaque omnia eis, nisi quae primus tumultus captae urbis ab-
8 sumserat, restituebantur. nec ut Leontinos irent, proditos ad
caedem commilitones querentes, perpelli potuere, nec ut eodem
9 loco certiorem nuntium expectarent. cum ad defectionem incli-
natos animos cernerent praetores, sed eum motum haud diutur-
num fore, si duces amentiae sublati essent, exercitum ducunt
10 Megaram, ipsi cum paucis equitibus Herbesum proficiscuntur
11 spe territis omnibus per proditionem urbis potiundae. quod ubi
frustra eis fuit inceptum, vi agendum rati postero die Megaris
12 castra movent, ut Herbesum omnibus copiis oppugnarent. Hip-
pocrates et Epicydes, non tam tutum prima specie quam unum
spe undique abscisa consilium esse rati, ut se militibus permitte-
rent et adsuetis magna ex parte sibi et tum fama caedis commi-
13 litonum accensis, obviam agmini procedunt. prima forte signa
DC Cretensium erant, qui apud Hieronymum meruerant sub eis
et Hannibalis beneficium habebant, capti ad Trasumennum inter
14 Romanorum auxilia dimissique. quos ubi ex signis armorumque
habitu cognovere, Hippocrates atque Epicydes ramos oleae ac
velamenta alia supplicium porrigentes orare, ut reciperent sese, ut
receptos tutarentur, neu proderent Syracusanis, a quibus ipsi

ausser den Ueberläufern. — *sua*, s. 3, 8, 8, besonders wo *suus* das Eigenthum bezeichnet, wird es oft auf einen casus obl. bezogen. *suaq. om.*, also auch den Grundbesitz, s. zu 26, 30, 10; später ist jedoch der ager Leontinus röm. Staatsland, s. Marq. 3, 2, 142. — § 6 u. 7 sind als Parenthese zu betrachten, § 8 geht die Erzählung auf § 5 zurück.

8—10. *Leontinos*, s. c. 7, 2. — *proditos ad*, s. 22, 44, 7. — *fore*, von einem aus *cernerent* zu entnehmenden *rati* abhängig — *Megaram*, dieselbe Form findet sich auch c. 31, 5; ib. § 9 *Megara;* vgl. Cic. Verr. 5, 25, 63: *inventa ad Megaridem.* Uebrigens ist Megara Hyblaea in der Nähe von Herbesus zu verstehen. — *territ. om.*, die Bewohner von Herbesus, deren feindliche Gesinnung gegen Syracus schon durch die Aufnahme des Epicydes u. Hippocrates angedeutet ist.

11—14. *inceptum* ist wegen *fuit* als Substantiv zu nehmen. — *Megaris*, s. c. 12, 3. — *unum*, das einzige. — *spe abs.*, s. 4, 10, 4: *alia undique abscisa spe*, vgl. 21, 44, 8. — *sub eis* etc., in dem c. 7, 1 erwähnten Commando. — *capti*, ist 22, 7, 5 nicht besonders erwähnt; zeigt aber, dass Hannibal die Siculer eben so freundlich behandelte als die Italiker. Zur Sache s. c. 21, 9. — *arm. habitu*, s. 9, 36, 6: *vestis armorumque habitus;* 22, 18, 3: *armorum habitu.* — *velamenta*, 36, 20, 1, die wollenen Binden mit denen die Lorbeer- oder Oelzweige der supplices umwunden wurden, s. 25, 25, 6, werden hier von den *rami* getrennt; *alia* ist daher: und andere = und sonst Zeichen der supplices, s. 4, 41, 8; Tac. A. 1, 60: *velamenta et infulas;* anders 29, 16, 6: *velamenta supplicum, ramos oleae ut Graecis mos est, porrigentes;* 30, 36, 4. — *supplicium* = *supplicum*, s. 4, 35, 4. — *a quibus*, um von ihnen u. s. w., wie auch durch *ut* bis-

mox trucidandi populo Romano dederentur. Enimvero concla- 31
mant, bonum ut animum haberent: omnem se cum illis fortu-
nam subituros. inter hoc conloquium signa constiterant, tene- 2
baturque agmen; necdum quae morae causa foret pervenerat ad
duces. postquam Hippocraten atque Epicyden pervasit rumor,
fremitusque toto agmine erat haud dubie adprobantium adven-
tum eorum, extemplo praetores citatis equis ad prima signa per-
rexerunt. qui mos ille, quae licentia Cretensium esset rogitantes 3
conloquia serendi cum hoste iniussuque praetorum miscendi eos
agmini suo, conprehendi inicique catenas iusserunt Hippocrati. ad 4
quam vocem tantus extemplo primum a Cretensibus clamor est
ortus, deinde exceptus ab aliis, ut facile, si ultra tenderent, appa-
reret eis timendum esse. solliciti incertique rerum suarum Me- 5
garam, unde profecti erant, referri signa iubent nuntiosque de
statu praesenti Syracusas mittunt. fraudem quoque Hippocrates 6
addit inclinatis ad omnem suspicionem animis, et Cretensium
quibusdam ad itinera insidenda missis velut interceptas litteras,
quas ipse composuerat, recitat: „praetores Syracusani consuli
Marcello:“ secundum salutem, ut adsolet, scriptum erat recte 7

weilen der Zweck statt des Erfolges bezeichnet wird, c. 29, 3: *quo.* — *ipsi*, die Cretenser.

31. 1—2. *enimvero — clam.*, eine affectvolle Versicherung des Auffallenden, Unglaublichen, wie ἤτοι, s. 25, 18, 8; 2, 45, 11. — *bonum ut*, 33, 11, 4: *bono animo esse ut iuberet;* 40, 18, 7: *ingenui tantum ut iis praeessent;* 41, 3, 6 u. a. — *Hippocr. et Epic.*, über die Form, die sich auch 25, 23, 2; 7; ib. 25, 10, vgl. 34, 32, 17, findet, obgleich der Genitiv *Hippocratis*, *Epicydis*, 26, 30, 3f., ist, während 25, 23, 9 u. ib. 25, 12 der Dativ *Epicydae* gebraucht wird, s. Z. §. 71. Man ergänzt *morae esse causam;* allein der Ruf der Soldaten enthielt wol nicht die Meldung, dass diese den Zug aufhielten, sondern dass sie da seien; es ist daher nicht unwahrscheinlich, dass eine Zeile ausgefallen ist, etwa *adesse omnes ordines* oder *adesse per omnes ordines;* wenn auch *pervasit*, wie *pervenire* u. a. absolut gebraucht werden kann, vgl. 2, 59, 7: *a quibus perlatus ad primos tumultus;* Nägelsbach Stil. 320. — *fremitus adp.*, Geschrei der Freude über, s. 23, 22, 7; *fremitus indignantium*, vgl. 5, 21, 11. — *postq. pervasit — erat*, s. c. 1, 6.

3—5. *ille*, in orat. recta: *qui hic mos est*, s. 34, 2, 9; das handschr. *illose* ist wohl durch *mos* veranlasst. — *Hippocrati*, s. c. 24, 2. — *exceptus*, s. 2, 61, 1; 6, 33, 11. — *tenderent*, s. 23, 14, 8. — *timere* absolut. — *Megaram*, c. 30, 9. — *unde p. e.*, s. c. 20. 3.

6—9. *addit incl. an.*, 2, 45, 7: *incitato semel militi adderent impetum;* 33, 23, 1: *addiderunt favorem consuli;* weniger wahrscheinlich ist, dass *animis an.* abl. abs. sei. — *et* fügt die Erklärung hinzu. — *velut int. l.* des Nachdrucks wegen vorangestellt: *literas*, *quas — com. pos.*, *velut* etc. — *Marcello*, das sonst gewöhnliche *salutem* s. 45, 4, 4, konnte fehlen, weil es sogleich hinzugesetzt ist. Der ganze Zusatz soll nur zeigen, dass der Brief in

eum atque ordine fecisse, quod in Leontinis nulli pepercisset.
8 sed omnium mercennariorum militum eandem esse causam, nec
umquam Syracusas quieturas, donec quicquam externorum auxi-
9 liorum aut in urbe aut in exercitu suo esset. itaque daret ope-
ram, ut eos, qui cum suis praetoribus castra ad Megara haberent,
in suam potestatem redigeret ac supplicio eorum liberaret tan-
10 dem Syracusas. haec cum recitata essent, cum tanto clamore ad
arma discursum est, ut praetores inter tumultum pavidi abequi-
11 taverint Syracusas. et ne fuga quidem eorum seditio conpressa
est, impetusque in Syracusanos milites fiebant; nec ab ullo tem-
peratum foret, ni Epicydes atque Hippocrates irae multitudinis
12 obviam issent, non a misericordia aut humano consilio, sed ne
spem reditus praeciderent sibi, et cum ipsos simul milites fidos
13 haberent simul obsides, tum cognatos quoque eorum atque ami-
14 cos tanto merito primum, dein pignore sibi conciliarent. exper-
tique, quam vana aut levi aura mobile volgus esset, militem nan-
cti ex eo numero, qui in Leontinis circumsessi erant, subornant,
ut Syracusas perferret nuntium convenientem eis, quae ad Mylan

bester Form abgefasst war. — *ut adsol.*, 1, 28, 2, bezieht sich auf *salutem:* wie dieses in der Regel vorausgeschickt wird. *recte a. ord.*, gewöhnlich von der Billigung der Anordnungen von Magistraten oder Feldherrn besonders durch den Senat gebraucht, und von diesem auf andere Behörden übertragen, s. 28, 39, 18: *suos imperatores recte et ordine — fecisse*, 30, 17, 12; 33, 12, 3. — *quietur.*, s. 21, 10, 3. — *quicquam*, wie c. 30, 4; der zu Grunde liegende Gedanke ist negativ: nicht eher als, d. h. erst wenn keiner mehr, s. 21, 46, 6. — *suis*, unter ihren, den syracus., Feldherrn, die c. 30, 5 genannt und hier Epicyd. und Hippocrat. gegenüber, die sich an die Spitze der Söldner in Leontini gestellt haben, so bezeichnet sind.

10—13. *cum t. c.*, indem dabei erhoben wurde, unter, 5, 45, 2. — *abequit.* kommt zwar sonst nicht vor, ist aber eben so passend gebildet, wie 1, 34, 7: *amigro*, und bezeichnet, dass die Prätoren das ihnen anvertraute Heer Preis gaben und nur sich retten. — *et* fügt ein neues zu dem Vorhergeh. gehörendes Moment hinzu, wir würden *sed* erwarten, c. 27, 7. — *ullo*, n. der Syracusaner, im Gegensatze zu den Söldnern. — *a miser.*, c. 30, 1. *human. cons.*, um menschlich zu handeln: aus Menschlichkeit. — *et*, dazu ist *ut* aus *ne* zu nehmen. — *et cum — tum*, s. 36, 22, 10: *et cum ager — tum quia.* — *merito*, die Erhaltung, *pignore*, dadurch, dass er die Verwandten derselben als Unterpfänder bei sich behielt, *obsides* entsprechend, in denen von den *cognati* gleichsam ein Unterpfand genommen wird, s. c. 1, 7.

14. *experti — nancti = cum experti essent, nancti:* über *nanctus* s. 22, 44, 4. — *aut levi*, dass die *aura* ohne Kraft und dauernden Einfluss ist, wird dem, dass sie grundlos ist, als abgesondert oder verbessernd entgegengestellt. Ueber *aura* s. 6, 11, 7. *numero, qui*, s. 25, 1, 8; 33, 24, 7; 9; 42, 34, 1, vgl. Z. § 366.

falso nuntiata erant, auctoremque se exhibendo ac velut visa 15 quae dubia erant narrando concitaret iras hominum.

Huic non apud volgum modo fides fuit, sed senatum quoque 32 in curiam introductus movit. haud vani quidam homines palam ferre perbene detectam in Leontinis esse avaritiam et crudelitatem Romanorum. eadem, si intrassent Syracusas, aut foediora etiam, quo maius ibi avaritiae praemium esset, facturos fuisse. itaque 2 claudendas cuncti portas et custodiendam urbem censere. sed non ab isdem omnis timere nec eosdem odisse: ad militare genus omne partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum; praetores optimatiumque pauci, quamquam inflati vano nuntio 3 erant, tamen ad propius praesentiusque malum cautiores esse. et 4 iam ad Hexapylum erant Hippocrates atque Epicydes, serebanturque conloquia per propinquos popularium, qui in exercitu erant, ut portas aperirent sinerentque communem patriam defendi ab impetu Romanorum. iam unis foribus Hexapyli apertis coepti erant 5 recipi, cum praetores intervenerunt. et primo imperio minisque, deinde auctoritate deterrendo, postremo, ut omnia vana erant,

32. 1—3. *haud vani*, nicht unzuverlässige, sonst selbständig urtheilende. — *perbene*, es sei sehr gut, dass, s. 1, 13, 3: *melius*. — *ad* wie § 1: *apud*, s. 6, 34, 5; 29, 11, 4. — *milit. gen.*, s. c. 23, 10; 44, 45, 5: *aliae militaris generis turbae.* — *optim.* früher oft *principes* genannt. — *inflati* wird bisweilen von irrigen Ansichten gebraucht, meist jedoch mit dem Nebenbegriff, der dadurch bewirkten Ueberschätzung, Cic. Acd. 2, 36, 116: *estne quisquam tanto inflatus errore?* Offic. 1, 26, 91: *cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur;* L. 6, 11, 6: *his opinionibus inflato animo;* ib. 18, 5; 35, 49, 4: *inflasse vana spe atque inflatos esse* u. a. — *ad prop.*, in Rücksicht auf, gegen, 25, 38, 14: *tuti ad.* —*prop. praesentius*, näher und drohender, dringender, s. 2, 36, 5. Der Satz *praetores* — *esse* enthält die zweite der in *eisdem* — *eosdem* als zu fürchtend bezeichneten Parteien und bildet zugleich den Uebergang zum Folgenden.

4—5. *et* und in der That war diese Vorsicht nicht vergebens, denn schon u. s. w. — *popularium*, hier wie § 7; c. 2, 8 Bürger, s. c. 27, 2: *populari turba.* — *unis f.*, das *hexapylon* war ein Eingang an der Nordseite der Stadt, welcher sechs Thore hinter einander hatte, wie auch die Thore der alten Städte in Italien mehr längere von Mauern umschlossene Räume, s. 1, 19, 3; 31, 24, 9: *dipylum*, ähnlich den Thoren unserer Festungen, als blosse Aus- und Eingänge waren. Obgleich daher ein Thor geöffnet war, konnten doch die Soldaten noch nicht in die Stadt gelangen; dieses geschieht erst § 6: *effractis omnibus portis*, nachdem eins nach dem anderen erbrochen ist. Hätte L. an mehrere Thore neben einander gedacht, so wäre ihm wohl nicht entgangen, dass durch das bereits geöffnete, auch wenn die übrigen verschlossen blieben, die Truppen hätten einziehen können. — *coepti*, in den Raum zwischen dem ersten und zweiten Thore. — *auct. deterr.*, indem sie durch ihr persönliches Ansehen, Uebergewicht, s. 26, 40, 6; 1, 7, 8, abzuschrecken suchten, vgl. 3, 15, 7;

obliti maiestatis precibus agebant, ne proderent patriam tyranni
6 ante satellitibus et tum corruptoribus exercitus. sed surdae ad
id omnium aures, concitatae multitudinis, erant, nec minore intus
vi quam foris portae effringebantur, effractisque omnibus toto
7 Hexapylo agmen receptum est. praetores in Achradinam cum
iuventute popularium confugiunt. mercennarii milites perfugae-
que et quidquid regiorum militum Syracusis erat agmen hostium
8 augent. ita Achradina quoque primo impetu capitur, praetorum-
que nisi qui inter tumultum effugerunt omnes interficiuntur.
9 nox caedibus finem fecit. postero die servi ad pilleum vocati et
carcere vincti emissi, confusaque haec omnis multitudo Hippo-
craten atque Epicyden creant praetores; Syracusaeque, cum bre-
ve tempus libertas adfulsisset, in antiquam servitutem reciderant.
33 Haec nuntiata cum essent Romanis, ex Leontinis mota sunt
2 extemplo castra ad Syracusas. et ab Appio legati per portum
missi forte in quinqueremi erant. praemissa quadriremis cum in-

3, 69, 4: *domando; deterr.* fast gleich deterrentes, s. c. 4, 9, und so wie *imperio*, *precibus* auf *agebant* bezogen; zur Sache s. Tac. Ann. 1, 66. — *ante* u. *tum* attributiv.

6. *ad id* wie § 3: dagegen. — *concit. m.*, Epexegese zu *omnium*, vgl. 2, 56, 14: *concursus hominum in forum ex tota urbe concitatae multitudinis;* 30, 7, 10: *quattuor milia Celtiberorum — egregiae iuventutis ;* 25, 1, 4: *magna vis hominum, sed inconditae turbae agrestium* u. a. — *toto H.:* durch das ganze H., im Gegensatz zu § 5: *coepti*, s. c. 21, 7; 22, 52, 7, ähnlich 26, 25, 12: *eum ne quis urbe tecto — reciperet;* Sall. I. 28, 2: *recipi moenibus.*

7—8. *et quidq.*, und was sonst u. s. w., es ist die Leibwache, vgl. c, 24, 8. — *ita,* so kam es, dass u. s. w. Durch das hexapylon kam man zuerst in die Epipolae, dann nach Tycha, von welcher Achradina durch eine Mauer getrennt war, so dass sich diese unter anderen Umständen hätte halten können, vgl. 25, 24 f. — *praetorumq.*, partitiver Genitiv von *qui* abhängig und dadurch in den Nebensatz gezogen, s. c. 18, 5; 8, 7, 9; 4, 33, 10.

9. *nox,* erst, nur die Nacht. — *ad pill.*, s. c. 16, 18; der von der römischen Sitte entlehnte Ausdruck findet sich auch Suet. Tib. 4; Senec. Ep. 5, 6, 18. — *carcere* gehört zu *emissi.* — *vincti,* Verbrecher, die in Haft waren. — *Hipp. a. Ep.*, dass wie c. 23 noch mehrere Prätoren gewählt worden seien, wird nicht berichtet, vgl. 25, 29, 1. Ueber *confusa* s. c. 27, 2. — *Syracus.*, und so war u. s. w.; obgleich die Verfassung nicht geändert wird, ist doch die Herrschaft der Masse nur eine Despotie, wie die eines Tyrannen, vgl. c. 25, 8. — *recid.* umfasst zugleich den folgenden Zustand, s. c. 7, 2; 2, 32, 9; 32, 12, 3.

33. 2. *et ab* knüpft einen neuen Grund zum Kriege an. — *Appio,* von der Flotte, zu der er nach c. 30 zurückgekehrt zu sein scheint. — *per p.*, es ist der grosse Hafen an der Südseite der Stadt gemeint, s. c. 36, 3; dass die quinqueremis in diesen noch nicht eingelaufen ist, zeigt das Folg., *missi* ist also nur der Auftrag, den sie erhalten haben, diesen Weg zu nehmen. — *erant,* befanden sich zufällig, so dass sie dadurch, nicht nach dem

trasset fauces portus, capitur; legati aegre effugerunt. et iam non 3
modo pacis sed ne belli quidem iura relicta erant, cum Romanus
exercitus ad Olympium — Iovis id templum est — mille et D
passus ab urbe castra posuit. inde quoque legatos praemitti pla- 4
cuit; quibus, ne intrarent urbem, extra portam Hippocrates atque
Epicydes obviam cum suis processerunt. Romanus orator non 5
bellum se Syracusanis sed opem auxiliumque adferre ait, et eis,
qui ex media caede elapsi perfugerint ad se, et eis, qui metu op-
pressi foediorem non exilio solum sed etiam morte servitutem
patiantur. nec caedem nefandam sociorum inultam Romanos 6
passuros: itaque si eis, qui ad se perfugerunt, tutus in patriam
reditus pateret, caedis auctores dedantur et libertas legesque Sy-
racusanis restituantur, nihil armis opus esse; si ea non fiant,
quicumque in mora sit, bello persecuturos. ad ea Epicydes, si 7

Willen der Syracusaner entkamen. — *fauces,* der nur 8 Stadien breite Eingang in den grossen Hafen, s. 25, 11, 11: *quae (arx) imminet faucibus portus.*

3—4. *et iam*, und so war es sehr bald dahin gekommen, dass u. s. w., c. 32, 4. — *belli i.* das Recht der Gesandtschaft, welches auch unter Feinden heilig ist, s. 1, 14, 1; vgl. Tac. Ann. 1, 42: *hostium quoque ius et sacra legationis et fas gentium.* Ueber den Ausdruck s. 5, 27, 6; 31, 30, 2: *esse enim quaedam belli iura.* — *relicta*, waren übrig, in Geltung geblieben. — *Olympium*, 'Ολύμπιον oder 'Ολυμπίειον, Thyc. 7, 4, 7: ἐπὶ τῇ ἐν τῷ 'Ολυμπιείῳ πολίχνῃ, westlich vom Fluss Anapus und der Stadt, wo auch die Atheuer, s. Thucyd. 6, 64, und mehrmals die Carthager lagerten, s. Diod. 14, 62; 16, 67. — *mille e. D*, Diod. l. l.: ἀπέχον τῆς πόλεως σταδίους δώδεκα. — *inde quoq.*, um den Krieg in jeder Beziehung zu rechtfertigen, obgleich das § 2 Erzählte schon Grund genug dazu war. — *cum s.*, mit ihrer Umgebung, sie erscheinen als die Vertreter des Staates.

5—6. *orator*, s. 21, 12, 4; 32, 16, 14: der Wortführer. — *se*, die Römer, in deren Namen er spricht. *nec* etc., der zweite Grund, warum sie sich einmischten, obgleich das Bündniss noch nicht erneuert war. Das § 2 Erzählte wird nicht erwähnt. — *perfugerunt*, aus der orat. recta beibehalten, c. 22, 15; 34, 23, 8, weil hier der Gesandte seinen Auftrag ausrichtet; anders § 5, vgl. 30, 42, 9: *quod eos, qui arma — ferentes capti sunt;* 45, 2, 9: *naves, quae in Tiberi — stabant.* Der Satz steht, wenn er auch keine blosse Umschreibung von *perfugae* enthält, da dieses einen anderen Begriff bezeichnet, mit dem Hauptsatze in solcher Verbindung, dass das Reflexiv nöthig war, ungeachtet des Indicativs, s. 2, 43, 6; ib. 55, 6; 39, 23, 6: *qui Macedonum ad se defecerant;* Cic. Inv. 2, 2, 7: *qui ante se fuerant;* Sex. Rosc. 2, 6; Z. § 550 a. E. — *pateret — dedantur*, ein Wechsel im Standpuncte des Redenden, durch den das Erstere in weitere Ferne gerückt wird, vgl. § 7; c. 28, 7; 6, 40, 17; ib. 39, 11: *si vellent — sin velint;* Caes. B. G. 1, 34: *si quid esset — si quid velit* u. a., vgl. 22, 32, 8. — *lib. — restit.*, als ob Syrac. einem fremden Volke unterworfen wäre, s. c. 1, 13. *in mora*, 23, 4, 7.

qua ad se mandata haberent, responsum eis ait se daturos fuisse; cum in eorum, ad quos venerint, manu res Syracusana esset, tum
8 reverterentur; si bello lacesserent, ipsa re intellecturos nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. ita legatis relictis portas clausit.

9 Inde terra marique simul coeptae oppugnari Syracusae, terra ab Hexapylo, mari ab Achradina, cuius murus fluctu adluitur. et quia, sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant vastam disiectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros, omnem apparatum oppugnandarum urbium muris
34 admoverunt. et habuisset tanto impetu coepta res fortunam, nisi
2 unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes is erat, unicus spectator caeli siderumque, mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque, quibus, *si quid* hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur.
3 murus per inaequalis ductus colles, pleraque alta et difficilia aditu, submissa quaedam et quae planis vallibus adire possent — *ut* cuique aptum visum est loco, ita genere omni tormentorum in-

7—8. *haberent*, praesens conditionale: aber ihr habt keine gebracht (daher *dat. fuisse*), und habt keine. *ad se*, an sie und ihre Partei, welcher die römischgesinnte, jetzt in der Regierung nicht vertretene Partei: *in eorum* etc. entgegengestellt wird. Der Nachdruck liegt auf *se:* dann würden s i e u. s. w. — *ad quos v.*, als ob die Gesandten nicht an den Staat überhaupt gekommen wären. — *ita*, mit diesen Worten.

33, 9—**34.** Bestürmung von Syracus. Polyb. 8, 5; Plut. Marc. 15; Zon. 9, 4; Sil. It. 14, 181; 283 ff.

9. *ab Hexap.*, von der Gegend her, wo dieses war; es war „der niedrigste und breiteste Theil die Epipolae, leicht zu ersteigen und schwer zu vertheidigen,“ weshalb auch von da aus die Stadt gewöhnlich angegriffen wird. — *murus* etc., die Mauer lief auf steilen Felsen an der ganzen Meeresküste hin, an welcher die Achradina lag. — *sicut*, s. c. 3, 13. — *vasta* etc., c. 2, 9. — *invas.*, einzudringen.

34. 1—2. *et*, und gewiss, s. 2, 11, 6 u. a. — *fortunam*, Erfolg. — *is er.*, 7, 26, 2; über Archimedes s. Reallexicon von Lübker u. d. W. — *unicus*, s. 23, 21, 5. — *spectator*, Iustin. 1, 1, 9: *dicitur — mundi principia siderumque motus diligentissime spectasse.* — *inv. ac mach.*, Mechaniker, „*ceterum Archimedes melius praedicaretur mathematicarum disciplinarum in omni genere princeps*“, *Crevier.* — *mole*, Kraftaufwand; Curt. 3, 1, 5: *maiore vi et mole agentem undas.* *perlevi mom.*, durch einen geringen Anstoss, mit leichter Mühe, s. 23, 24, 7. — *ludific.*, wie sonst *eludere*, s. § 12.

3—4. *murus* etc., die einzelnen Momente der Schilderung sind ohne copula aufgezählt, s. 2, 37, 5, und vorangestellt, so dass das Gewicht auf *ut cuique — instruxit* fällt, wo die Thätigkeit des Archim. hervortritt. — *pleraque alta* etc., nähere Beschreibung der *inaequales colles*, Syracus lag nämlich auf einer vom Anapus nördlich terrassenförmig aufsteigenden Höhe mit stark abfallenden Seiten, in Form eines gleichschenkligen Dreiecks, vgl. § 14;

struxit. Achradinae murum, qui, ut ante dictum est, mari ad- 4
luitur, LX quinqueremibus Marcellus oppugnabat. ex ceteris 5
navibus sagittari funditoresque et velites etiam, quorum telum
ad remittendum inhabile imperitis est, vix quemquam sine vol-
nere consistere in muro patiebantur. hi, quia spatio missilibus 6
opus est, procul muro tenebant naves. iunctae aliae binae quin-
queremes demptis interioribus remis, ut latus lateri adplicaretur,
cum exteriore ordine remorum velut una navis agerentur, turres 7
contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant.
adversus hunc navalem apparatum Archimedes variae magnitu- 8
dinis tormenta in muris disposuit. in eas quae procul erant na-

Polyb. 8, 5; Tac. H. 5, 11: *urbem (Hierosolyma) arduam situ opera molesque firmaverant, quis vel plana satis munirentur.* — *LX q.*, die Zahl kann nicht wohl fehlen, weil sonst der Abl. eine besondere Art der Bestürmung und das folg. *ex ceteris* den Fünfruderern entgegengestellt werden würde, als ob Marcellus noch andere Schiffe gehabt hätte, vgl. Pol. 8, 5: *ὁ δὲ Μάρκος ἑξήκοντα σκάφεσι πεντηρικοῖς ἐποιεῖτο τὸν ἐπίπλουν.* — *omni g.*, s. § 8.

5. *ceteris* proleptisch in Bezug auf § 6 *aliae:* von den bereits erwähnten aus. — *et* — *etiam*, s. c. 15, 6, weil man diese hier nicht erwartet. Ueber die velites, s. 23, 29, 3; 26, 4, 10; Pol. deutet sie wenigstens an: *ἀνδρῶν ἐχόντων τόξα καὶ σφενδόνας καὶ γρόσφους*, hat aber den Zusatz: *quorum* — *est* nicht, der nach seiner Schilderung der *γρόσφοι* 6, 22: *τὸ δὲ τῶν γρόσφων βέλος ἔχει τῷ μὲν μήκει τὸ ξύλον ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον — κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ λεπτὸν ἐξεληλασμένον — ὥστε κατ' ἀνάγκην εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπτεσθαι καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν*, nicht richtig wäre. Wenn nicht etwa darauf Rücksicht genommen ist, dass das Abwerfen vermittelst eines Schwungriemens Uebung erforderte, könnte man die Stelle für ein Glossem halten, da die Anmerkung hier nicht, wie 26, 4, 4 u. 38, 21, 13, s. Marq. 3, 2, 253; 259 an ihrem Platze ist. Andere vermuthen *inprimis*.

6—7. *hi* nicht blos die velites, sondern alle § 5 genannten. Dass die *iunctae naves* näher an die Mauer rücken, ist nicht deutlich ausgesprochen, sondern durch ihre Bestimmung: *turres* — *muris* nur angedeutet. — *aliae b. q.*, Pol.: *ἅμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πεντήρεσι παραλελυμέναις τοὺς ταρσούς, ταῖς μὲν τοὺς δεξιοὺς ταῖς δὲ τοὺς εὐωνύμους, καὶ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας σύνδυο κατὰ τοὺς ἐψιλωμένους τοίχους* (bei L. *interiores*) *προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος — σαμβύκας* etc. Die genaue Angabe der Vorrichtungen hat L. übergangen; die Zahl der Schiffe ist viell. nur ausgefallen: *aliae binae — eae VIII erant Vremes* — *demptis* etc. — *turres cont.*, mit Brettern bedeckt, damit die Kämpfenden fest stehen können. — *quat. m.*, die Thürme dienten wenigstens nur mittelbar dazu; L. denkt vielmehr an Sturmböcke als an die Sturmleitern (*sambucae*) bei Polybius.

8. *adversus* etc., dieses sind neue Vorrichtungen im Gegensatz zu den § 3 und 13 erwähnten. — *quae pr.* etc., s. Pol. c. 7: *παρεσκευασμένος ὄργανα πρὸς ἅπαν ἐμβελὲς διάστημα, πόρρωθεν μὲν ἐπιπλέον-*

vis saxa ingenti pondere emittebat, propiores levioribus eoque
9 magis crebris petebat telis; postremo, ut sui volnere intacti tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit, per quae cava pars sagittis pars scor-
10 pionibus modicis ex occulto petebant hostem. quae propius quaedam subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent, in eas tollenone super murum eminente ferrea manus, firmae catenae inligata, cum iniecta prorae esset, gravique libramento plumbi recelleret ad solum, suspensa prora navem in

τας τοῖς εὐτονωτέροις καὶ μείζοσι λιθοβόλοις (*ballistae*) *καὶ βέλεσι τιτρώσκων εἰς ἀπορίαν ἐνέβαλε — ὅτε δὲ ταῦθ᾽ ὑπερπετῆ γίγνοιτο, τοῖς ἐλάττοσι κατὰ λόγον ἀεὶ πρὸς τὸ παρὸν ἀπόστημα χρώμενος* etc. — *vulnere*, s. c. 7, 5. — *cubital.*, der cubitus betrug 1½ Fuss; Polyb. *ἕως ἀνδρομήκους ὕψους κατεπύκνωσε τρήμασι τὸ τεῖχος ὡς παλαιστιαίοις* (*palmaribus* ¼ Fuss) *τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν.* Darnach ist die Angabe bei L. ungenau, die Höhe verschieden angegeben, *ἕως ἀνδρομ. ὕψους* nicht beachtet und *ab imo ad summum* zugesetzt; doch ist im Texte wol nichts zu ändern. — *scorp.*, s. 26, 47, 6; Polyb. *τοξότας καὶ σκορπίδια*, hier kleine (*modicis*) Geschütze, nicht Standbogen, die sonst *σκορπίδια* hiessen, s. Veget. 4, 22: *scorpiones dicebant, quas nunc manuballistas, quod parvis subtilibusque spiculis mortem ingerunt.*

10—12. *quaedam* wäre, wenn es richtig ist, so in den Relativsatz gezogen, wie sonst Subst. und Adjectiva, s. 9, 17, 2: *quibus saepe tacitis cogitationibus*; 23, 21, 5; Cic. or. 3, 2, 8: *civitatem in qua florentissima*, also: *in quasdam quae*; allein es scheint sonst ein pron. indefinitum nicht so gebraucht zu sein; auch erwartet man in Bezug auf § 8: *propiores* eine Steigerung des *propius*, etwa *etiam*, oder *cum pr. quaedam*, s. Caes. B. G. 5, 35, 1. — *quo int.*, 'unter dem Schusse', Polyb. *ἐντὸς βέλους*, vgl. 7, 10, 10. — *in eas*, was man bei *iniecta* erwarten sollte, ist zu *eminente* gezogen: da auf sie über die Mauer her u. s. w., das Hervorragen als blosser Umstand bezeichnet, weil die *ferrea manus* als die Hauptsache erscheinen soll. Durch diese Verbindung wurde die Beziehung von *prorae* auf *iniecta* veranlasst, so dass *prora* dann wiederholt werden musste. Der *tolleno* ist ein auf einer festen Grundlage ruhender Balken, der durch die Bewegung eines Gewichtes niedergelassen und wieder in die Höhe gehoben werden kann, Tac. H. 4, 30: *suspensum et nutans machinamentum*, wahrscheinlich konnte derselbe auch nach verschiedenen Seiten bewegt werden, s. Marq. 3, 2, 478, Polyb.: *ἅμα δὲ καὶ καθίει χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην, ᾗ δραξάμενος ὁ τὴν κεραίαν οἰακίζων* (*rostrum tollenonis regens*) *ὅθεν ἐπιλάβοιτο τῆς πρώρας κατῆγε τὴν πτέρναν* (den hinteren Theil der Maschine) *τῆς μηχανῆς ἐντὸς τοῦ τείχους, ὅτε δὲ κουφίζων τὴν πρῷραν ὀρθόν ποιήσειε τὸ σκάφος ἐπὶ τὴν πρύμναν, τὰς μὲν πτέρνας τῶν ὀργάνων εἰς ἀκίνητον καθῆπτεν, τὴν δὲ χεῖρα καὶ τὴν ἅλυσιν ἐκ τῆς μηχανῆς ἐξέραινε διά τινος σχαστηρίας* etc. — *ferrea m.*, ähnlich den harpagones 30, 10, 16; die von Polyb. c. 8, 7 geschilderte Anwendung des tolleno hat L. übergangen. — *graviq.* — *recelleret* scheint ungenauer Ausdruck zu sein, indem auf die

puppim statuebat, dein remissa subito velut ex muro cadentem 11
navem cum ingenti trepidatione nautarum ita undae adfligebat,
ut etiamsi recta reciderat, aliquantum aquae acciperet. ita ma- 12
ritima oppugnatio est elusa, omnisque spes eo versa, ut totis
viribus terra adgrederentur. sed ea quoque pars eodem omni 13
apparatu tormentorum instructa erat Hieronis inpensis curaque
per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam adiuva- 14
bat loci, quod saxum, cui inposita muri fundamenta sunt, magna
parte ita proclive est, ut non solum missa tormento, sed etiam
quae pondere suo provoluta essent, graviter in hostem incide-
rent. eadem causa ad subeundum arduum aditum instabilemque 15
ingressum praebebat. ita consilio habito, quoniam omnis cona- 16
tus ludibrio esset, absistere oppugnatione atque obsidendo tan-
tum arcere terra marique commeatibus hostem placuit.

Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad reci- **35**
piendas urbes profectus, quae in motu rerum ad Carthaginienses
defecerant, Helorum atque Herbesum dedentibus ipsis recipit,

ferrea manus übergetragen ist, was eigentlich von dem Schwebebalken gilt, vermittelst dessen sie herabgelassen, und, wenn ihn das Bleigewicht zurückschnellend zu Boden drückt, wieder in die Höhe gezogen wird, vgl. vorher *in eas;* Tac. Ann. 2, 23: *aequor — velis impelli;* zur Sache Tac. H. 4, 30: *verso pondere;* Sil. It. 11, 12. — *remissa*, wieder nachgelassen, Sil. It. 14, 330: *per subitum rursus laxatis arte catenis;* Curt. 4, 16, 26. — *undae*, collectiv, bezeichnet zugleich die durch das Heben und Fallenlassen des Schiffes entstehende Wellenbewegung. — *elusa*, vgl. Plut. Marc. 17. — *spes* n. *Romanorum*, wenn nicht vor *spes* noch *is* (*iis*) einzusetzen ist, vgl. 32, 23, 5. — *eo vers.*, s. 6, 14, 13.

13. *eodem*, in gleicher Weise. — *Hieronis* etc. Polyb. ὡς ἂν Ἱέρωνος μὲν χορηγοῦ γεγονότος, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων Ἀρχιμήδους. — *per m. a.* attributiv, dem folg. *unica* entsprechend. — *natura* etc. hätte man schon § 3 erwarten können; allein L. hat an jener Stelle besonders an die Achradina gedacht. — *magna p.*, 41, 6, 6: *magna parte absumpta*, 9, 24, 12, gewöhnlich ist *magna ex parte. tormento* collectiv. — *ad sub.*, für das Anrücken. *ingressum*, das Auftreten, s. 21, 5, 14. Mit diesen Worten wird angedeutet, warum auch die Bestürmung von der Landseite habe misslingen müssen, was mit wenigen Worten *quon.* — *esset* angegeben ist. — *arcere* ist wie *prohibere* und *defendere* construirt.

35—36. Unternehmungen der Punier und Römer in Sicilien. Einschliessung der Stadt Syracus. Polyb. l. l.; Plut. Marc. 18.

1—2. *recipiendas*, 23, 11, 7. — *motu r.*, die Revolution in Syracus und die dadurch erregten Bewegungen in Sicilien überhaupt. — *ad Carthag.*, Polyb.: τοὺς τὰ Καρχηδονίων αἱρουμένους. Obgleich c. 36, 2, gesagt wird, die Städte seien von den Römern abgefallen, so ist doch dieses von Helorum, Herbesus, Megara, welche zum Reiche Hieros gehörten, nur so zu nehmen, dass sie wie Leontini c. 29 f. zunächst von Syracus oder der römischen Partei daselbst und so von dem Bunde mit Rom abfielen. — *de-*

2 Megara vi capta diruit ac diripuit ad reliquorum ac maxime Sy-
3 racusanorum terrorem. per idem fere tempus et Himilco, qui ad
Pachyni promunturium classem diu tenuerat, ad Heracleam, quam
vocant Minoam, quinque et viginti milia peditum, tria equitum,
xii elephantos exposuit, nequaquam cum quantis copiis ante te-
4 nuerat ad Pachynum classem. et postquam ab Hippocrate occu-
patae Syracusae erant, profectus Carthaginem, adiutusque ibi et
ab legatis Hippocratis et litteris Hannibalis, qui venisse tempus
5 aiebat Siciliae per summum decus repetendae, et ipse haud va-
nus praesens monitor facile perpulerat, ut quantae maximae pos-
6 sent peditum equitumque copiae in Siciliam traicerentur. adve-
niens Heracliam intra paucos inde dies Agrigentum recepit; alia-
rumque civitatium, quae partis Carthaginiensium erant, adeo ac-
censae sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos, ut postremo
7 etiam qui obsidebantur Syracusis animos sustulerint. et parte
copiarum satis defendi urbem posse rati ita inter se munera belli
partiti sunt, ut Epicydes praeesset custodiae urbis, Hippocrates
Himilconi coniunctus bellum adversus consulem Romanum ge-
8 reret. cum x milibus peditum, d equitibus nocte per intermissa

dentibus n. *oppida*, Curt. 3, 1, 6: *arcem adortus caduceatorem praemisit, qui denuntiaret, ni dederent* etc. — *ipsis*, s. 6, 30, 9. — *Megara*, s. c. 30, 9. — *ad terror.*, 1, 33, 8; 22, 13, 9.

3. *Pachyni pr.*, s. c. 12, 4; Z. § 425. — *class. ten.*, vor Anker gelegen hatte, s. c. 27, 7, wahrscheinlich in Folge des Bündnisses c. 6. — *Heracl. q. v. M.*, westlich von Agrigent, nicht weit von Fl. Halycus, eine alte, von den Phöniciern angelegte und Rus-Melkart oder Makara genannte Stadt. — *nequaq. c. q.*, kurz statt: *nequaquam cum tantis, quantae fuerant, cum quibus*, s. 3, 16, 5: *maiore quam venerint silentio;* 5, 12, 7 u. a. *quantis* ist verkleinernd: keinesweges mit so geringen Truppen. *tenuerat* ist wol absichtlich wiederholt. Während Hannibal nicht unterstützt wird, soll, wie er selbst gerathen zu haben scheint, § 4, Sicilien erst wieder erobert werden, s. c. 36, 4.

4—5. *et* fügt an die frühere Anwesenheit H's. die Erklärung, wie die grosse Rüstung zu Stande gekommen sei: er hatte nämlich bei Pach. vor Anker gelegen, war dann nach Carth. gesegelt u. hatte u. s. w. — *aiebat*, in dem Briefe behauptete er. — *per s. d.* auf die ehrenvollste Weise, da die Städte sich selbst von Rom und Syracus lossagten und den Puniern zuwendeten. — *haud v. p. mon.*, 'ein sehr wirksamer, weil gegenwärtiger Mahner', Naegelsbach S. 219.

6—7. *adveniens*, gleich bei seiner Ankunft, vgl. c. 7, 11. *Heracliam*, s. Cic. Verr. 2, 50, 125, das Wort hängt von *recepit* ab. — *ad pell.* enthält das Obiect des Begriffs *accensae sunt spes*, worin zugleich die Andeutung liegt, dass sie dazu thätig sein wollen. — *partiti s., u.*, sie theilten, und kamen dabei überein, dass u. s. w.

8—10. *per interm.*, freigelassen war, s. 7, 36, 1, vgl. unten c. 46, 1:

custodiis loca profectus castra circa Acrillas urbem ponebat.
munientibus supervenit. Marcellus ab Agrigento iam occupato, 9
cum frustra eo praevenire hostem festinans tetendisset, rediens,
nihil minus ratus quam illo tempore ac loco Syracusanum sibi
exercitum obvium fore; sed tamen metu Himilconis Poenorum- 10
que, ut quibus nequaquam eis copiis, quas habebat, par esset,
quam poterat maxime intentus atque agmine ad omnes casus
composito ibat. forte ea cura, quae adversus Poenos praeparata **36**
erat, adversus Siculos usui fuit. castris ponendis incompositos
ac dispersos nanctus eos et plerosque inermes, quod peditum
fuit circumvenit; eques levi certamine inito cum Hippocrate
Acras perfugit.

Ea pugna deficientes ab Romanis cum cohibuisset Siculos 2
Marcellus Syracusas redit; et post paucos dies Himilco adiuncto
Hippocrate ad flumen Anapum, octo ferme inde milia, castra po-
suit. sub idem forte tempus et naves longae quinque et quinqua- 3
ginta Carthaginiensium cum Bomilcare classis in magnum por-
tum Syracusas ex alto decurrere, et Romana item classis, triginta 4
quinqueremes, legionem primam Panormi exposuere; versumque

neglectam custodia. — *Acrillas* an der Strasse von Syracus nach Agrigent. — *ponebat*, er war eben damit beschäftigt, man war daran, das Lager zu befestigen, *munientibus.* — *iam occ.*, da er dieses schon erobert gefunden hatte, nachträglich durch *cum* — *ibat* erklärt, vgl. 21, 61, 8. *ibat* auf seinem Rückmarsch nach Syracus.

36. 1. *erat* ist wol nach *praeparata* ausgefallen, s. c. 3, 2; vgl. 23, 35, 3; 28, 22, 1. — *Sic.*, 25, 26, 13. — *castris p.*, wie ein abl. abs.: beim Aufschlagen, geht auf c. 35, 9: *munientibus* nach der eingeschobenen Erklärung zurück, vgl. 4, 29, 3; 3, 61, 12; 39, 7; 9, 5, 11; 32, 16, 4; ib. 18, 6 u. a. *nanctus* s. c. 31, 13. *Acras* nahe bei Syracus.

2. *deficientibus*, das handsch. *defugientibus* ist in der hier erforderlichen Bedeutung nicht nachzuweisen; Cic. Rep. 2, 19 sagt *defugit patria*, aber in dem Sinne: er entfernte sich aus dem Vat. — *ab Rom.*, s. c. 35, 1; Agrigent und Heraclea gehörten zur römischen Provinz. — *ad Anap.*, der südlich an Syracus vorüberfliesst, aber von Nordwesten kommt. Der Ort des Lagers ist also mehr nordwestlich am Anapus zu denken als das c. 33, 3 erwähnte nur 1500 Schritt von der Stadt, auf die sich a. u. St. *inde* bezieht, entfernte Olympium.

3—4. *cum Bom.* ist als attributive Bestimmung von *classis:* eine carth. Flotte unter B., eingeschoben, vgl. c. 6, 1; 2, 5, 2: *spem in perpetuum cum iis pacis;* 1, 38, 7: *ad aedem in Capitolio Iovis;* über *cum* s. c. 40, 17; 27, 6, 13; 28, 4, 5; 36, 20, 5 u. a. *Carth. classis* entspricht chiastisch *Romana classis*, wie *naves q. et q.* dem folg. *trg. quinq.* Andere setzen *classis* vor *cum Bomilcare*, oder halten es für Glossem. *Bomilcar* ist wol der 23, 41 genannte. — *Syracusas*, s. c. 23, 8: *in Italiam.* — *magn. p.* s. c. 33, 2. — *decurr.*, er lief ein, 29, 27, 12: *eo classis decurrit.* — *item*, in gleicher Weise nach Sicilien. — *legio*

ab Italia bellum, adeo uterque populus in Siciliam intentus, fuisse
5 videri poterat. legionem Romanam, quae exposita Panormi erat,
venientem Syrasusas praedae haud dubie sibi futuram Himilco
ratus via decipitur: mediterraneo namque Poenus itinere duxit,
6 legio maritimis locis classe prosequente ad Appium Claudium
7 Pachynum cum parte copiarum obviam progressum pervenit. nec
diutius Poeni ad Syracusas morati sunt: et Bomilcar simul parum
fidens navibus suis duplici facile numero classem habentibus Romanis, simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam
8 inopiam adgravari sociorum, velis in altum datis in Africam transmisit; et Himilco secutus nequiquam Marcellum Syracusas, si qua,
priusquam maioribus copiis iungeretur, occasio pugnandi esset,
postquam ea nulla contigerat, tutumque ad Syracusas et muni-
9 mento et viribus hostem cernebat, ne frustra adsidendo spectandoque obsidionem sociorum tempus tereret, castra inde movit,
ut, quocumque vocasset defectionis ab Romano spes, admoveret exercitum ac praesens suas res foventibus adderet animos.
10 Murgantiam primum prodito ab ipsis praesidio Romano recipit,

pr., wol eine nach c. 11, 2, bei der Absendung des Marcellus c. 21, 1 getroffene Massregel. Die Zahl der Legionen als Bezeichnung derselben findet sich schon in der ersten Decade, s. 10, 18, 3, mehr jedoch in den folgenden, vgl. 22, 57, 8. — *Panorm.*, an der Nordseite der Insel. — *exposuere* hat sich an *trig. triremes* angeschlossen; obgleich auch classis collectiv gebraucht wird, so ist doch zunächst an die Römer zu denen. — *adeo — fuisse*, obgleich L. sonst in Epiphonemen die copula weglässt, s. c. 4, 2; 5, 10, 6: *haec per se gravia*, so scheint doch die vorlieg. Stelle nicht richtig, da *fuisse* unpassend von *versum* getrennt ist und statt desselben *esse* erwartet wird; Bekker vermuthet deshalb *intentus fuit*, vgl. 26, 27, 4, viell. *intentus fuit, tum esse videri;* zum Gedanken vgl. Iustin. 4, 4, 12: *et quasi Graeciae bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraque parte summis viribus dimicabatur.*

5—7. *venient.* etc., auf ihrem Marsche ihm in die Hände fallen werde. — *Syrac.*, in das Lager vor S. — *marit. loc.*, also von Panormus nach Lilybaeum und von da an der ganzen Südküste hin bis nach Pachynum. — *nec* und so. *ad Syrac.:* zu Meer und zu Lande: *et Bomil.* — *et Himilco.* — *dupl. num.* abl. qual. Die Römer haben schon c. 27, 5 100 Seegel, jetzt kommt die neue Flotte hinzu. — *facile*, leicht, fast, wie bei *vincere, superare* etc., Cic. Verr. 2, 14, 35, vgl. L. 25, 26, 7; 1, 6, 3. — *velis* — *dat.* ist ein Begriff, von dem *in altum* abhängt. — *in Afric.* s. 25, 25, 11.

8—10. *Marcellum*, es ist der § 2 erwähnte Zug gemeint. — *nulla*, s. 32, 35, 2. — *contig.* — *cernebat*, dieses als nach jenem eingetreten, vgl. 25, 10, 6; Tac. Ann. 13, 36: *postquam — advenerant — poscebant*, H. 1, 26 u. a., umgekehrt 7, 2, 11: *postquam avocabatur et verterat*, vgl. 21, 6, 6. — *assid. spect.*, unthätig, s. 21, 48, 9. — *fovent.* 26, 38, 6. — *Murgant.*, c. 27, 5. — *ip-*

ubi frumenti magna vis commeatusque omnis generis convecti
erant Romanis.
Ad hanc defectionem erecti sunt et aliarum civitatium ani- 37
mi, praesidiaque Romana aut pellebantur arcibus aut prodita per
fraudem opprimebantur. Henna, excelso loco ac praerupto un- 2
dique sita, cum loco inexpugnabilis erat, tum praesidium in arce
validum praefectumque praesidi haud sane opportunum insidian-
tibus habebat. L. Pinarius erat, vir acer et qui plus in eo, ne 3
posset decipi, quam in fide Siculorum reponeret. et tum inten-
derant eum ad cavendi omnia curam tot auditae proditiones de-
fectionesque urbium et clades praesidiorum. itaque nocte *ac die* 4
iuxta parata instructaque omnia custodiis ac vigiliis erant, nec ab
armis aut loco suo miles abscedebat. quod ubi Hennensium prin- 5
cipes iam pacti cum Himilcone de proditione praesidi animad-
verterunt, nulli occasioni fraudis Romanum patere, vi erat 6
agendum. urbem arcemque suae potestatis aiunt debere esse, si
liberi in societatem, non servi in custodiam traditi essent Roma-
nis. itaque claves portarum reddi sibi aequom censent: bonis 7
sociis fidem suam maximum vinculum esse, et ita sibi populum

sis, c. 35, 1. — *ubi*, wo zusammengebracht waren, lagen, der auf *convehi* folgende Zustand in der Vergangenheit. — *Romanis* kann eigentlicher Dativ sein, oder statt *a Romanis* stehen.

37—39. Vorfälle in Henna, ausführlich wegen der Heiligkeit des Ortes erzählt; Front. Str. 4, 7, 22.

1—2. *erecti*, s. Tac. Agr. 18: *eoque initio erecta provincia*, das c. 36, 2 Gesagte galt also nur für kurze Zeit. — *praesidia*, ein Theil des Heeres ist in Garnisonen vertheilt, nicht vor Syracus, vgl. c. 7, 9. — *Henna* adversatives Asyndeton, zur Sache s. c. 39, 8; Cic. Verr. 4, 48, 107: *Henna est loco perexcelso et edito, quo in summo est — planities — tota ab omni aditu circumcisa atque directa*. — *praefect.*, der Befehlshaber der Garnison, s. 34, 25, 5; 21, 48, 9. — *opportun.*, s. 4, 13, 6; 2, 13, 10: *aetas — maxime opportuna iniuriae*.

3—4. *L. Pin. erat*, s. 8, 25, 10: *Charilaus fuit;* vgl. 7, 26, 2. — *in eo poneret* erhält seine Bedeutung durch *ne:* darauf Gewicht legte, dass er zu verhüten suchte. — *auditae*, der Umstand, dass man u. s. w. — *prodit. def.*, Z. § 92. — *nocte a. d.*, s. 28, 6, 10; 25, 39, 11; 26, 27, 4 u. s. w. Andere lesen *die ac nocte*, vgl. 5, 6, 5: *iuxta hieme atque aestate. custod. a. vig.*, jenes bezieht sich mehr auf die Vertheidigung, dieses auf die Wachen in der Nacht, s. c. 46, 4; zu 8, 8, 1. — *omnia*, alle Posten, s. 21, 25, 9: *plerisque*.

5—7. *patere*, Curt. 4, 40, 17: *patere vel unius insidiis regem*. — *vi erat* in der hds. Lesart *patuerat* ist *pat* aus *patere* wiederholt, vgl. c. 30, 11; 25, 24, 3. — *liberi*, sie waren wol im ersten pun. Kriege freiwillig zu den Römern übergegangen und hatten ein günstiges Bündniss geschlossen. — *traditi e.*, reflexiv, s. c. 1, 10: *deditis*. — *claves p.*, wie c. 38, 3; 39, 3. — *censent*, sie erklären, dass sie es für billig halten. — *fidem*, vgl. 22, 22, 14. — *pop. r. s.*, ungewöhnliche Stellung wie 29, 21,

Romanum senatumque gratias habiturum, si volentes ac non
8 coacti mansissent in amicitia. ad ea Romanus se in praesidio
impositum esse dicere ab imperatore suo, clavesque portarum et
custodiam arcis ab eo accepisse, quae nec suo nec Hennensium
9 arbitrio haberet, sed eius qui commisisset. praesidio decedere
apud Romanos capital esse, et nece liberorum etiam suorum
eam *noxiam* parentes sanxisse. consulem Marcellum haud pro-
cul esse: ad eum mitterent legatos, cuius iuris atque arbitrii es-
10 set. se vero negare illi missuros, testarique, si verbis nihil age-
11 rent, vindictam aliquam libertatis suae quaesituros. tum Pinarius:
at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent po-
puli concilium, ut sciretur, utrum paucorum ea denuntiatio an
universae civitatis esset. consensa in posterum diem contio.

38 Postquam ab eo conloquio in arcem sese recepit, convocata
contio, quibus „credo ego vos audisse, milites" inquit, „quem ad
modum praesidia Romana ab Siculis circumventa et oppressa

7; 7, 31, 10; um beide Begriffe besonders zu nehmen. — *grat. hab.*, 23, 11, 12. — *volentes*, vgl. 8, 21, 7: *ibi pacem esse fidam, ubi voluntarii pacati sint.* — *non coacti*, wiederholt den Begriff in Rücksicht auf den Zwang, den die Besatzung ausübt.

8—9. *in praes. imp.*, auf den Posten gestellt, um daselbst zu verharren, ihn zu behaupten, s. 8, 23, 6: *coloniam in Samnitium agro imposuerit;* 31, 18, 8: *imposito Abydi praesidio* u. a., vgl. 1, 38, 1: *Egerius — Collatiae in praesidio relictus.* — *accepisse* gehört in etwas anderer Bedeutung zu *claves* als zu *custodiam.* — *quae*, um sie; wie c. 30, 14. — *habere*, er habe sie nur im Besitze, nicht darüber zu verfügen. — *capital*, Polyb. 1, 17: *θάνατός ἐστι τῷ προεμένῳ τὸν τόπον* etc.; Paul. Diac. p. 48: *capital facinus, quod capitis poena luitur.* Im Folg. scheint nach *eam* ein Substantiv ausgefallen, doch ist *noxiam* ungewiss, s. 2, 54, 10; Tac. H. 4, 58: *sine noxa paenitentiam.* Uebrigens geht die Anspielung auf T. Manlius, 8, 7. — *consul.* etc. Folgerung: also möchten sie sich an den C. wenden, der überdies in der Nähe sei. — *cuius* etc., zu entscheiden habe, es ist *res* zu denken, oder nach Fabri vor *esset* ausgefallen, s. c. 39, 2. — *iur. a. arb.*, s. 26, 33, 12.

10—11. *se vero*, in orat. recta: *nos vero:* nein, wir werden nicht u. s. w., s. 9, 11, 10. — *nihil ag.*, nichts ausrichten, wie oft *nihil agis* u. ä. *vindictam*, ein Mittel sich in Freiheit zu setzen, wie *se in libertatem vindicare*, s. Vell. Pat. 2, 64: *utrique vindicta libertatis morte stetit;* L. 26, 15, 14; 34, 49, 3: *in ipsa vindicta libertatis.* — *at i.*, in orat. recta: *at vos*, s. 3, 61, 14, wie 1, 12, 5: *at tu;* ib. 28, 9; Z. § 744 u. 756. Doch ist *at* nicht sicher, weil in der Hds. *ad* steht, was aus dem Folg. vorweggenommen sein kann, und *at* hier auffällt, da es sonst immer dem Bedingungssatze nachfolgt. — *denunt.*, s. c. 22, 4. — *consensa*, vgl. 1, 32, 12: *bellum erat consensum;* 8, 6, 8: *consensit senatus bellum.*

38. 1—2. *contio*, wie viele Collectiva bei L., s. 2, 14, 7, mit folg. Plural. Doch ist die Lesart unsicher. — *quibus* hängt von *inquit* ab,

sint per hos dies. eam vos fraudem deum primo benignitate, 2
dein vestra ipsi virtute dies noctesque perstando ac pervigilan-
do in armis vitastis. utinam relicum tempus nec patiendo infan-
da nec faciendo traduci posset! haec occulta in fraude cautio est, 3
qua usi adhuc sumus; cui quoniam parum succedit, aperte ac pro-
palam claves portarum reposcunt; quas simul tradiderimus, Car-
thaginiensium extemplo Henna erit, foediusque hic trucidabimur
quam Murgantiae praesidium interfectum est. noctem unam ae- 4
gre ad consultandum sumpsi, qua vos certiores periculi instantis
facerem. orta luce contionem habituri sunt ad criminandum me
concitandumque in vos populum. itaque crastino die aut vestro 5
aut Hennensium sanguine Henna inundabitur. nec praeoccupati
spem ullam nec occupantes periculi quicquam habebitis. qui
prior strinxerit ferrum, eius victoria erit. intenti ergo omnes
armatique signum expectabitis. ego in contione ero et tempus, 6
